



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Precatiuncula Iuliani Episcopi Toletani. xxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Matth. 17.
Luc. 18.

*cem capitis, non est in me sanitas. Sana me tu Domine,
& sanabor: saluum me fac & saluus ero.*

*Cecum iuxta viam clamantem, IESU FILI DAVID
MISERERE MEI: lumine tua visionis aeterna illumina.*

Psal. 12.

*O lux inuisibilis, illumina oculos meos, ne unquam ob-
dormiam in morte: ne quãdo dicat inimicus meus, Pre-
ualui aduersus eum.*

Psal. 50. 118

*Auerte faciem tuam à peccatis meis: dele iniquitates
meas, secundum magnam misericordiam tuam. Ne pro-
iicias me à facie tua.*

Luc. 17.

*Ego sum Onis, qua erravi: require eam bone Pastor,
& appone ouili tuo. Verè non sum dignus vocari filius
tuus: quia peccaui in calum & coram te.*

Psal. 102.
Psal. 78.

*Non secundum peccata mea facias mihi, neq. secun-
dum iniquitates meas retribuas mihi: sed adiuua me
Deus salutaris meus, & propter gloriam nominis tui li-
bera me. Benigne fac in bona voluntate tua, vt inhabi-
tem in domo tua omnibus diebus vite meae: vt in seculum,
seculi cum habitantibus in ea laudem te.*

Psal. 50.
Psal. 26.

Ne declines in hac hora à seruo tuo: expecto te Dñe.

Psal. 29. 30.

*Credo videre bona Dñi in terra viventiu. Conuerte
placitum meum in gaudium mihi. Inclina ad me aurem tuam:
accelera, vt de hac lachrymarum valle eripias me. Amen.*

Ultima D. Hieronymi morientis Verba.

*E C C E ad te venio, pie IESU: suscipe animam meam,
quam tuo recuperaſti Sanguine.*

Precatiuncula Iuliani Episcopi, Toletani.

CAPIV

XXII.

Floruit. ante
saeculos D. CC.

Desertum Idumaea cecus & morbidus possessor in-
habitans, clamo ad te IESU fili David: miserere
mei. Patriam enim meam, aeternam Hierusalem quero,
ciues eius contemplari desidero: & quibus ductoribus il-
luc transcam, non inuenio. Tu ergo qui te metipsum mihi
dignatus

dignatus es ostendere *Viam*, porrige mihi manū tuam. Peto, ut per te, qui *Via* es, gradiar: in te, qui es *Veritas*, non offendā: ad te, qui *vita* es, perueniā: a te qui *summa* felicitatis es auctor, nullis casibus diuidar: nullis impedimentis abrumpar. Angelicis morientem me excubis protege: & vocatum ad te protenso pietatis gremio consolare. ut ad te sine confusione perueniens, videā qua bona sunt *Hierusalem*, omnibus diebus *vita* mea. Amen.

S. Thomæ Aquinatis Eiaculatio.

O *PIE Pelicane IESV Domine*, me immundū munda tuo sanguine. Cuius una stilla totum mundum saluum facere posset omni scelere.

Alia Precatiuncula, in mortis agone vsurpanda.

Ex Tobia Cap. 3.

Nunc Domine memor esto mei. Domine secundum **CAPVT** voluntatem tuam fac mecum: & praecepe in pace **XXIII.** recipi spiritum meum.

Quemadmodū Dñe Iesu Christe, te iubente, in tuam Ex Agenda Herbipol. promissionem in aqua & spiritu sancto, mediāte Passione & Morte tua in filium Dei regeneratus sum: ita te donante, in eandē promissionē credidi. Et nunc Dñe, de tua miseratione confisus, volens et lubens hanc quam donasti reddo animam: da ut promissionis tuae veritatem adeptus, te Deum Creatorem, Redemptorem & Salvatorem meum in aeternum magnificem. Amen.

Pro ea Dñe IESV, qua erga te mihi est fiducia, oro atq; obtestor, ut omnis dira illius in corpore tuo Passionis tuae acerbitas, Patri pro meorū meritis scelerū nunc propitiatoria sistatur hostia: ut eius Merito, in meo hoc excessu anima mea ab omni terrore libera, eo peruehat, ubi nulla torquet tristitia. Amen.

Laus & honor & gratiarum actio, sit tibi Dñe IESV CHRISTE, pro Passione & Morte tua acerbissima.

Te Re-